

V, 54-95

V.a 56
UP-97 pag 57-58 a
B 5 Vol. II.

Verg. v. A. 4. 5.

58

5

IN STEPHANEO

A D. III NON. OCTOBR. POST MERIDIEM

EXAMEN PUBLICUM.

POSTRID. AUTEM EJUS DIEI,

HORIS ITEM POMER.

ACTUS ORATORIUS

HABEBITUR.

AD UTRUMQUE INVITAT
COMMEMORATIS,
QUAE IN TRADENDA EBRAICA
LINGUA UTILITER FIERI,
EXPERIENTIA COGNOVIT
CHRIST. GODOFREDUS STRUENSEE. R.

Halberstadii, Typis Langianis.



IN STEPHANEO
ACTUS ORATORII
um programmate proximo, vernali primæ clas-
sis examini præmisso, quæ in tradenda ebrai-
ca lingua minus recte fieri experientia me do-
cuit, exposuerim: hoc tempore, cum lustra-
tio publica secundi tertiique ordinis, indi-
cenda est; eam præcipiendi rationem commemorabo, quam
certiorem, faciliorem, et utiliorem esse, eadem experientia
magistra, cognovi. Quo consilio tum, quomodo in illustri
Bergensi pædagogio ebraica docuerim, tum quam methodum
in Stephaneo nostro secutus sim, cum lectoribus meis com-
municabo. Cum Bergæ vidi sem, nec alterum illum, Hallen-
si contrarium, modum id efficere, quod mihi proposueram,
vt discentes proficerent: coactus sum, cum ab extremis repel-
lerer, media sequi; id est grammaticam cum codicis lectione
conjugere. Tenebamur Danzianæ grammaticæ compendi-
um sequi: quod quemadmodum protectioribus aptum, et uti-
le esse potest; ita incipientibus propter styli difficultatem, imo
quod multa, his minus necessaria, continebat, plures ob causas
impedi-

impedimento erat. Difficultatem quodammodo superabam, cum quoties vsus erat, partes singulas interpretarer; quod tamen ægre, nec sine dispendio fierbat. Id curabam maxime, ut tum flectendi formas memoriae infigerent, tum earum causas, quod in Ebraæ lingua fieri potest, animo comprehendenderent; quæ quidem res egregie successit. Vidi enim brevi tempore eos ita tenere paradigmata, ut non facile occurreret verbum, cuius formam non haberent perspectam aut rationem ignorarent. Cœpi etiam laboris, atque consilii mei, hunc fructum, ut nonsolum expeditius progrederentur discentes, quam sine grammatica fieri poterat; et finito semestri amplior campus consecutus esset, et si initio tardius procederetur: sed etiam, cum maior discipulorum pars tecum in primum ordinem simul traduceretur, ego cum illis vno anno et sex mensibus totum codicem satis accurate perlegerem; quod certe fieri non potuisse nisi grammaticæ præsidiis commilitones mei fuissent instructi.

Arbitror constare ex dictis: non modo falli eos, qui grammaticam plane relegant, falli etiam, qui eam solam inculcare volunt, nec frequentem lectionem adjungunt; contra auspicatissimum esse grammaticæ et lectionis connubium; sed etiam pertinere maxime ad comparandam ebraicæ cognitionem mutationum, formarumque adjungere rationem; ad eamque rem facili et perspicua grammatica incipientibus opus esse. Ad adam, quæ vsus me hic in Stephaneo nostro Ebraica docentem admonuerit. Cum secundo ordini præponerer, vnum illud exigebatur, ut duabus per hebdomadem horis legendi rationem docerentur pueri: ad quam rem quatuor primæ sectiones geneseos Hellensi grammaticæ adjunctæ, commendabantur. Neque illi, qui ante me Ebraica in hoc ordine tradiderant ultra hanc metam erant progressi. Conspecto autem discentium ingenio diligentiaque cœpi velle longius progredi; et consecutus sum

sum, quod mihi proposueram. Primo enim anno qvindecim
prima geneseos capita perlegi, explicui, et ad grammaticæ,
quam totam explicueram, cuiusve paradigmata ediscenda cu-
raveram, principia sedulo omnia revocavi. In sequenti anno ge-
nesin denuo orsus, ejus XXIV. primas sectiones absolvit; tertio
anno triginta sectiones explicatæ a me fuere, et qvinto denique
tota genesis ita perlecta; vt grammatica studiosius etiam, quam
ante factum erat, tractaretur; et reliquis annis, quibus huic or-
dini præfui, id semper sum adsecutus, vt annuo spatio totam
genesis simul cum grammatica pertractaverim, adjunctis in-
terdum aliquot psalmis.

Patet ex his: posse et debere præceptorem interdum etiam ultra
eam metam, quae ipſi a superioribus præfixa est, evehī. Quod non
volumus ita intelligi, ut semper id fieri posse statuamus. Fit in-
terdum, ut a moderatoribus scholarum curriculum definiatur
iusto longius, quod aut ulla, aut certe utili ratione decurri ne-
quit. Quod si fit; nocetur scholis potius quam, prospicitur.
Ipsis docentibus id relinquendum esse videtur, vt quo, seu velint
seu possint progredi, ipſi statuant. Qui enim, quid sui mune-
ris ratio, quid fides in obeundo illo, quid studium vni omnium
domino Iesu Christo se probandi exigat, secum cogitant,
memoresque divini dicti sunt Rom. XIV, 7. quidquid vivimus,
deo vivimus: hi profecto summo studio contendunt, ut non
opinioni hominum, eorumque exspectationi solum satisfaci-
ant, sed ne quid consulto omisisse a domino suo possint accu-
fari. Ceteris, qui aut non volunt, aut non possunt ultra pro-
gredi, frustra præcipias, ostendasque, quo debeant contende-
re, cum vel voluntate vel viribus destituantur. Secundo arbi-
tror constare ex his: esse quaedam artificia, quae ab usu solo sub-
ministrata egregie ad proficiendum valent. Certe non deerat nec
animus nec studium consulendi eorum commodis, qui primo
anno meae diliplinae commendabantur, nec destituebar ab eo-
rum

rum aut ingenii aut diligentia: quo minus integrum primum
Mosis librum absolverem. Neque tum alia a me tentata via fuit
quam postea relinquere oportuerat: compendiis illis viarum, quo-
rum in superiore programmate mentionem feci, quae saepius
terenti, atque relegenti iter observantur, quod expeditius,
longiusque progredi potui, tribuendum videtur: quorum pau-
ca quaedam commemorabo; quae etsi levia sunt, tamen ab his,
quibus hujusmodi res curae sunt, non omnino repudiabuntur.

Primo, quod incipienti deerat, habebam reliquis annis fundum
aliquem atque semen mediocriter exercitatorum discipulorum, qui
operam meam insigniter adjuvabant. Dicinon potest quantum illud
viam habeat. Vbi enim sunt inter discentes, qui inter ceteros
excellunt, quos ceteri intuentur, imitantur, imo mirantur in-
terdum: plurimum certe profectum est. Non solum levior est
labor, et iucundior, qui in erudiendo collocandus est; cum ha-
 aliqua cognitione imbuti cetera facilius imbibunt: sed etiam
ceteri exstimplantur, imo sublevantur ab illis, ut mirandum
non sit, posse cum robustioribus et expeditioribus, qui tardi-
ores et resistentes interdum secum abripiunt quasi, et sua con-
tentione longius auferunt, patentiorem campum decurri, Se-
cundo: discendorum ordinem leviter mutavi, quod utilissimum esse
cognovi. Primis annis etsi continuo cum legere ebraica pos-
sunt, discentibus paradigmata ediscenda darem, tamen ebraica
quaesivi potius, quam quid iis significetur. Curabam flecti בְּרֵבָה
נַלְבָה etc. sed non satis elaborabam, ut quid his significaretur,
accurate tenerent. Vnde factum est, ut primis annis, etsi pa-
ramigmata perfecte tenerent, explicandi codicis ratio tamen
impeditior esset, haesitantesque gravius iusto saepius increpa-
rem: quae longe facilior fuit, postquam vim unius cuiusque
vocis accuratius perspicerant. Sensi etiam illud ad progredien-
dum mihi profuisse, quod a pronominibus initium faciebam, et illis
voculis, quae cum suis suffixis frequentissime occurrunt בְּ, לְ,

וְ, הָאַ, לְעַ, לְאַ etc. Cum enim tantum non in omnibus com-
matibus occurrant: fieri non poterat, quin his cognitis expedi-
tiis explicarent. Colligo ex his, cum in ceteris etiam linguisa
pronominibus felicius capi initium quam a substantivis: tum,
non conjugendam solum nominum verborumque flexionem,
sed incipientibus etiam nihil praeter vim atque significatum
verborum atque vocum esse inculcandum.

Tertio: sensi me, quo anno genesin primum integrum per-
legi, ea re valde adjuvari, quod, *quamcum singulis* lectionibus
toto anno conficiendum putarem, per pensa, initio breviora,
post procedente opera, ampliora et lengiora accurate descrip-
seram, et singulis lepiumanis, quantum profecisse, require-
bam. Laetabar, cum me aut attigisse, aut superasse metam
cognoscebam: cum non perveneram, quo contendendum tu-
islet, de causis quaerebam, et ut maiore in posterum studio
pensarem elaborabam. Eandem legem mihi in ceteris labori-
bus eo anno paelipsieram; salutarem certe: namque omnes
terme ex sententia successisse reminitcor.

Accessit denique quartum subsidium, *diligentia discipulorum in
ediscendis vocabulis*. Est unique molestus labor, qui in hac re con-
sumitur, sed longe utilissimus, talisque, quem dilentes paulo
diligentiores, qui se proficere, non cupiunt modo, sed senti-
unt, aequo animo subeant. Vti enim sine materia aedificium
exstruere non possis; ita nec linguam, quaecunque ea sit additcas,
nisi idonea vocabulorum copia comparata; quam si usus non
fuerit sufficientem, ad alia praefidia, inter quae eorum me-
moriae infigendorum studium non ultimum locum tenet, con-
fugiendum est.

Exposui, quae in tradenda ebraica lingua utiliter fieri obser-
vavi. Quae talia sunt, vt nec me eorum poenituerit; vidi enim
eos, qui ita essent instituti, felices ad reliqua fecisse progressus,
ceterosque, qui grammaticam ignorarent, pares nunquam
esse

esse potuisse; nec eos, quos hoc modo erudiui. Quae si cui
levia videbuntur, non mirabor; cum sint, qui vniversam rem
scholasticam leviſiūmis rebus annumerant: quos vti ſuo ſentu
abundare facile patior, ita vehementer mihi gratularer, ſi ha-
rum rerum peritiores viri meliora, vſu cognita, docere velint,
ieu ad hanc linguaſ, ſeu ad omnes facili ratione propinanda,
pertinentia.

Venio ad eam rem, propter quam hoc quicquid est scriptio-
nis ſuſcipiendum putavi. Subibunt ordines ſecundus et tertius
a. d. III. non. Octobr. is lunæ dies eſt poſt dom. XX. p. trin. po-
meridianis horis examen. Quemadmodum totius ſcholæ, no-
nraque intereffe arbitramur, vt Patroni noſtri Reverendissimi, In-
ſpectoſ gravifſim⁹, ſacer ordo, quiq[ue] erudiendæ juuentuti publice,
privatimq[ue] præſunt, parentes maxime noſtrorum aſtutatissimi,
cum ceteris, qui non plane rem ſcholasticam tamquam ſe in-
dignam contemnunt, adelle in animum inducant; Iperamus
enim, fore, vt ſi quid minus recte utiſterque a nobis fieri a-
nimadvertent, moeant nos, melioraque doceant: ita eos o-
mnes, vt id faciant, quam fieri potest, enixiſſime officioſiſſi-
meque rogamus et obſecramus. Examini ſe fiftent ſecunda la-
rina, gallica, græca, ebraea, et tertia latīna, cum græca.

Poſtridie, is martis dies eſt, ad dicendum quidam prodi-
bunt primi ordinis diſcipuli. Orationes, quas recitabunt, ipſi ſic elab-
orarunt, vt, cum in iſpis vix mutaverim quidquam; ipſique
invenerint, deſcripſerint, ornarint omnia: nec, quæ forte ele-
ganter dicta in iſorum orationibus, (pluscula erunt, ni omnia
me fallunt) occurrent, arrogare mihi queam, nec quæ pec-
cata ſunt, præſtare debeam. Dicent autem

JOHANNES HENRICUS WOLTMANN, micro-que-
ſtedensis carmen in Horatium Coſcitem.

JOHANNES FRIEDERICUS TIEBE, Oſteroda-Halber-
ſtadiensis de moribus juvenum, ſenum et virorum, Aristotelem ſe-
cutus, proſa germ. JO-

JOHANNES DAVID LUDEWIG SIEHE, Gaterslebi-
ensis, tempestatem graphice depinget prof. germ.

SAMUEL BLOCK, Mœckera-Magdeburgensis regis ho-
stes describet carmine germanico.

JOHANNES SALOMO NEUBAUER, Hyo - Neuenste-
densis, si in tempore ex itinere, ad valedicendum cognatis
suscepto, redibit, immaturum in academias aditum dissuade-
bit prosa germ.

JOHANNES FRIEDERICUS VAHLDYCK, Halbersta-
diensis adstrictioribus numeris, metro admodum similibus
vix et bonitatem dei summam pinget vernacula.

JOHANNES DANIEL ARNOLDUS KYPNASE, Hal-
berstadiensis, quales cum fructu ad altiora contendere queant,
patrio sermone ostendet.

Duo ex his, JOHANNES FRIEDERICUS VAHLDYCK,
et JOHANNES SALOMO NEUBAUER, ad Hallensem a-
cademiam abibunt merito nobis carissimi. Quorum elegan-
tia ingenii, ejusque perpoliendi indecessum studium, etsi vel
solum cuiusvis, sibi facile conciliaret amorem; tamen non
tam valuit ad incendendum nostrum erga ipsos amorem; quam
præclara modestia, honestissimi mores, obsequium, et sum-
ma erga nos pietas: quæ quidem talia fuere, ut, quantum
quidem recordor, nunquam vel vultu nos læserint, vel vultu
a nobis adiunendi fuerint. Quamobrem dilectissimi adole-
scentes discedite optimis omnibus ad altiora. Omnes nos,
qui præceptores vestri fuimus, Jesum Christum Dominum no-
strum precamur ex animo, ut consilia vestra secundet, pro-
pius indies vos sibi admoveat, vnice vindicet, per omnem vi-
tam retineat, cœptis vestris annuat, optimarumque rerum
saluberrima cognitione large istitutos plurimis usui esse
iubeat. Ita valere nostri memores. Scrib. Halberst.
ipsis Gal. Octobr. MDCCCLXI.

80 A 6231

vol 18

Nur für den Lesesaal

ULB Halle
004 585 895

3



Wohl nicht verloren

Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

IN STEPHANEO

A.D. III NON. OCTOBR. POST MERIDIEM

EXAMEN PUBLICUM:

POSTRID. AUTEM EJUS DIEL.

HORIS ITEM POMER.

ACTUS ORATORIUS

HABEBITUR.

AD UTRUMQUE INVITAT
COMMEMORATIS,
QUAE IN TRADENDA EBRAICA
LINGUA UTILITER FIERI,
EXPERIENTIA COGNOVIT

CHRIST. GODOFREDUS STRUENSEE. R.

Halberstadii, Typis Langianis.